

tium commoditatem, processiones faciendas et prospectum aliorum altarium praesertim majoris, et locis, ubi de praesenti sita reperiuntur, amoveri et alio collocari, transferendo s. lapides, nempe altaria portatilia et imagines integre ad nova, ita ut sit tantum quaedam simplex, et mera hujusmodi altarium de uno ad alium locum translatio? S. C. resp.: *Dilata.* n. 3415 ad 5 die 30. Mart. 1697.

23) Vacuum.

Audita relatione Ordinarii Pisauri super suspensione altaris maj. Societatis SSmi facta in visitatione, in qua habetur, quod, cum inventum fuisset dictum altare vacuum, fuit illud vigore decretorum prohibentium celebrationem missarum ad altaria vacua, suspensum, donec fuisset repletum, S. C. censuit: lis non obstantibus in casu, de quo agitur, ex speciali gratia, posse tolerari. n. 2723 die 9. Febr. 1675.

AMBO.

(Ornatus.)

Vd. *Sedes Dignit. et Canon.* ad altare (decr. n. 4590) *Pulpitum; Cathedra Concionat.*

AMEN.

1) Omittitur.

Plures Theologi, inter quos S. Alphonsus Maria de Ligorio, sentiunt veniale esse omittere vocem *Amen* in fine formae Baptismi, quae tamen vox non reperitur in Rituali Romano; quaeritur ergo: utrum adhibenda sit vel omittenda? S. C. resp.:

„Strictim in casu servetur Rituale Romanum.“

N. 5188. Romae 9. Junii 1853.

2) In Ordinatione.

Ad dubium: Amen, quod Pontificale praescribit respondendum in traditione

vel materiae, vel sacrorum indumentorum in Ordinatione, dicendum est ab ipso Ordinando, vel ab adstantibus? S. C. resp.:

„Juxta consuetudinem ab Ordinando.“ n. 4669 ad 6 die 12. Novb. 1831.

AMICTUS.

1) Materia.

Ad dubium: an amictus confici possit ex tela quadam composita ex lino et Gossippio subtilissimo, quem vocant Mussulo? S. C. resp.: *Lectum.* n. 2267 die 15. Mart. 1664.

Vd. *Paramenta* (materia, decr. n. 4563).

2) Usus.

Regulares Augustini caputio, prout utuntur alii Regulares, amictu cooperto incedere debent. n. 1189. die 19. Nov. 1639.

Vd. *Subdiaconatus.*

S. ANASTASIA.

1) Commemoratio.

Commemorationem s. Anastasiae in 2. Missa Nativitatis Dom. *ubique* faciendam esse. n. 2859. ad 1 die 12. Mart. 1678.

2) Festum.

Festum s. Anastasiae ab omnibus Suffraganeis et in omnibus sanctae Severinae Provinciae locis tamquam de praecepto celebrandum esse. n. 3967 die 7. Sept. 1726.

S. ANDREAS APOST.

1) Translatio.

Vd. *S. Thomas Ap.* (decr. n. 4491.)

Ad dubium: 1. An, occurrente festo S. Andreae Apostoli in Dominica I. Adventus, transferri debeat tamquam in diem propriam in primam diem

S. ANDREAS CORS.

(Oratio.)

Ad relationem *Benedictinor. Einsidlen.* resp. S. C.: In Festo S. Andreae Corsini 4. Februar dicenda est Oratio: *Deus, qui in Ecclesia tua nova semper etc.* n. 4044 ad titul. *de Oration.* Die 5. Maii 1736.

S. ANGELA MERICI.

URBIS ET STATUS ECCLESIASTICI.

Praeses, et Moniales tam Asceterii, quod a S. Ursula in Urbe dicitur, quam aliorum Monasteriorum ejusdem Instituti, quibus et petitiones accessere multorum utriusque Cleri Urbis, et aliarum Dioecesium, SSmo D. N. Pio VII. S. M. humillime supplicarunt pro extensione ad utrumque Ecclesiastici Status Clerum Officii, et Missae S. Angelae Mericiae Virg. Brixienensis praedicti Ordinis Fundatricis anno 1807., S. Virginum catalogo adscriptae cum Lectionibus II. Nocturni, et Orat. prop. jam sub die 22. Dec. anni 1768. approb., et concess. Monialibus Ursulinis in Urbe, cum additione ad VI. Lectionem, et approbatione Elogii in Martyrologio Romano inserendi.

Et Sanctitas Sua, ad S. R. C. Secretarii relationem, antedictum Officium cum Missa cum additione, et elogio novissime revisis, et approbatis ad utrumque Urbis, et Status Ecclesiastici Clerum extendit, recitanda, et respective celebranda die 31. Maji cujuslibet anni ritu dupl. min. n. 4521. Die 6. Aug. 1816.

ELOGIA ADDENDA MARTYROLOGIO ROMANO.

Die 17. Jan. Brixiae S. Angelae Mericiae Virginis Institutricis Monialium S. Ursulae, quarum praecipuum munus esset dirigere adolescentulas in vias Domini. Ejus festum pridie Cal. Jun. Pius VII. recolendum indulsit.

Decembris, translato quocumque Festo etiam aequalis ritus, sed minoris dignitatis eo die occurrente, juxta Rubricam Breviarii P. Conventualium de Translatione Festorum num. 14., in quo citantur Decreta S. R. C. 5. Sept. 1739, et 21. Jan. 1741. (quibus eadem S. C. adprobat praedictum Breviarium) inserta in Constitutione Benedicti XIV. incipien. „*Praecipuum*“ 16. Febr. 1742. eidem Breviario praemissa? Et quatenus affirmative;

2. An tali privilegio gaudeat etiam Festum S. Thomae Apostoli impeditum a Dominica IV. Adventus?

S. eadem C. rescribendum censuit: Ad 1, et 2. „*Negative*, nisi in casu, quo infra annum, juxta generale Decretum de die 13. Mart. 1804, non supersit ullus dies vacuum, quo reponi possit.“

Et ita declaravit, et servari mandavit. N. 4500. Die 20. Sept. 1806.

2) Vigilia.

De *anticipanda Vigil.*, Vd.: *Vigilia festor.*

S. ANDREAS AVELL.

1) Ritus.

Ad dubium: Extat nec ne generale Decretum, cujus vigore Festum S. Andreae Avellini Conf. elevatum sit ad ritum dupl. min. pro Eccl. universali?

S. ipsa C. respondendum censuit: „*Non extare Gen. Decretum.*“ Atque ita rescripsit, declaravit, servari mandavit die 29. Martii 1851. N. 5157 ad 4.

2) Translatio.

Festum S. Andr. Av. occurrens cum festo Patrocinii b. V. M., Vd. *Patrocinium b. V. M.* (decr. n. 4136.)

Festum S. Andr. Av. occurrens cum Dedicacione Basil. S. Salvatoris, Vd. *Dedic. Bas. S. Salvatoris* (transl., decr. n. 4142.)

Die 31. Maji Brixiae S. Angelae Virginis, Monialium S. Ursulae Institutricis, de qua VI. Cal. Febr.

DECRETUM URBIS ET ORBIS.

Angelorum praedita moribus et pulchritudine sancta Angela Merici sicut tilium inter spinas in terris degens ubique mirum sparsit suavitatis odorem. Haec ab adolescentia alacriter iter perfectionis arripiens eo devenit ut sanctus Carolus Borromaeus paucis post ejus obitum annis adfirmare non dubitaverit, dignam plane esse, quae ab Apostolica Sede in Sanctarum Virginum Album referretur. Sanctissima Palaestinae loca summa cum religione perlustravit et sepulchra apostolorum Petri et Pauli Romam veneratura pervenit. Ibi sese excitatam sensit ad promovendam puellarum institutionem probe noscens, illas pravis ac foedis calvinianae et lutheranae haeresis, quae tunc late grassabatur, illecebris veluti inter vepres irretitas virgineum florem amissuras. Quare Brixiae novum sacrarum virginum Sodalitium sub patrocinio et nomine sanctae Ursulae virginis et martyris instituit, cujus curae mandavit, ut adolescentulas tam divites quam pauperes fidei rudimenta doceret, ad recte casteque vivendum informaret, illisque eas, quae propriae mulierum sunt, exercitationes traderet. Uberes ex hoc instituto Angela ad Ecclesiae bonum et Societatis retulit fructus, eique Deus omnipotens ita gratiae suae dona copiose largitus est, ut ubique terrarum diffunderetur, suaeque famulae morti proxime pandere dignaretur illud perenne futurum.

Quum teterrimis hisce temporibus perversi ac scelerati homines omnem moveant lapidem ad catholicam Ecclesiam ac Societatem labefactandas, et ad id facilius obtinendum mulierum mores praesertim adolescentium pervertere studeant, ut ex depravata earum

mente erroris venenum altius in filiorum animos inseratur, nonnulli Eminentissimi ac Reverendissimi Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales nec non quamplures amplissimi totius orbis antistites Sanctissimum Dominum Nostrum Pium IX. pontificem maximum humiliter precibus instantissime efflagitarunt, ut officium et missa sanctae Angelae Merici Sodalitii sanctae Ursulae institutricis ad universam extendantur Ecclesiam, ut ejus ope et meritis dignetur Dominus foemineum sexum ab omni labe immunem et errore servare ac hostium depulsis insidiis Ecclesiae sua perpetua pace laetetur. Quibus omnibus a me subscripto Sacrorum Rituum Congregationis Secretario Sanctissimo Domino Nostro fideliter expositis Sanctitas Sua apostolica auctoritate edixit, ut deinceps festum sanctae Angelae Merici virginis cum Officio et missa aliquibus locis jam concessis sub ritu duplici minori ab universa Ecclesia recolatur contrariis non obstantibus quibuscumque. Die 11. mensis Julii anni 1861. C. Episcopus Portuen. et S. Rufinae Card. Patrizi S. R. C. Praefectus.

D. Bartolini S. R. C. Secretarius.

S. ANGELUS.

Vd. *Vesperae de ss. Angelis.*

S. ANGELUS CUSTOS.

1) Dies festus.

Officium Sancti Angeli Custodis cum Octava concessum pro omnibus ditioribus subjectis Romanorum Imperatori celebrandum est Dominica prima Septembris, an vero Dominica prima juxta computum Civilem?

In Officio Ferae secundae infra Octavam dicitur, in primo Nocturno Lectiones Scripturae occurrentis sumendas esse ex Dominica prima Septembris,

quia pridie non sunt lectae, et in Dominica secunda non datur initium libri, inde videtur Dominicam primam Septembris juxta computum Ecclesiasticum sumendam esse, et haec est praxis Belgii: an legitima? Ratio dubitandi est, quod Festum Septem Dolorum Beatae Mariae Virginis celebrandum sit Dominica tertia Septembris, et Solemnitas Rosarii Dominica prima Octobris juxta computum Civilem, non vero Ecclesiasticum. S. C. resp.:

„Juxta computum Civilem, sed in casu servari posse consuetudinem.“

Die 23. Maji 1835. n. 4746 ad 11.

2) Officium.

Vd.: *Dedicat. Eccl.* (Offic. et transl.); *Festum ss. Nom. B. V. M.* (decr. n. 3565). *Hymnus ss. Angel.*; *Dominica prima Sept.*

Ad dubium: An Officium Angeli Custodis celebrandum prima die non impedita Officio novem lectionum, possit dici impeditum Officio novem lectionum *translato*? S. C. resp.: *Censeri impeditum.* n. 1435 die 14. Mart. 1643.

In Officio Angeli Custodis Regni Portugalliae. dom. 3. Julii recitanda octava Benedictio debet esse „*Quorum festum colimus.*“ n. 1555 ad 4 die 21. Apr. 1646.

Ad dubium Capituli Metrop. Tolet.: quodnam ex duobus festis ss. Angel. Custod. celebrari debeat in Archiepiscopatu Toletano, an illud, quod cedit die prima Martii vigore consuetudinis et concessionis apost., vel illud assignatum die 2. Oct. ex Bulla Clem. XI., quae est posterior? S. C. resp.: Servetur consuetudo in utroque casu facto verbo cum SSmo, et Officium ss. Ang. cust. fiat una vice tantum, n. 2670 ad 1 die 2. (20.) Dec. 1673.

In Regionibus Imperio subjectis, in quibus ex Indulto recitatur Officium S. Angeli Custod. cum octava mense Septembris, non debet de eodem fieri

secunda die Octobris. n. 2903 ad 4 die 30. Sept. 1679.

Officium Angel. Custod. concurrens cum alio dupl. minori habere debet integras utrasque vespas. n. 2943 ad 2 die 1. Mart. 1681. Cf. *Vesperae dimid.*

Hoc decretum sublatum est per decretum: *Quando 2. vespas de ss. Angelis Custod.* (Off. dupl. min.) *concurrunt cum 1. vesp. alicujus dupl. min. per annum, in 2. vesp. ss. Angel. a cap. faciend. de sequ. dupl. min.* n. 3005 ad 5 die 28. Dec. 1682. n. 3497 ad 2 die 27. Sept. 1698.

Ad dubium: an concurrente in 2. vesp. festo ss. Angel. Custod. cum altero festo aequalis ritus, festo Angelorum Cust. debeantur integrae 2. vespas? S. C. resp.: Servetur rubrica Brev. rom. tit. X. n. 2. n. 3770 die 14. Maji 1707.

Ad dubium PP. Soc. Jesu in Gallia: an 2. vesp. s. Remigii (dupl. min.) debeant esse partim de s. R. part. de s. Angelis (dupl. min.) an vero totae dici debeant de s. Angelis cum commemor. s. Remigii? S. C. resp.: negative quoad primam partem, affirmative quoad secundam. n. 3842 die 22. Aug. 1711.

S. C. Dioecesi Angelopolitanae in Indiis concessit, ut Officium s. Angeli Custodis imposterum *cum octava* servatis tamen rubricis Breviarii et Missalis recitari possit et valeat. n. 3982 die 11. Dec. 1728.

ANGELUS DOMINI.

Estne stando dicendum? Vd. *Salutatio angelica.*

S. ANICETUS P. M.

Vd. *Missa* (temp. pasch. n. 4935.)

S. ANNA.

Cf. *Lytaniae de s. Anna.* De ejus festo, vd. *Dedicatio Eccl.* (Officium etc. decr. n. 3931).